

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus

### Caput 5: De liberalitate (6)

Seneca:

Cave ne beneficium maius sit facultate tua.  
Inest in tali liberalitate rapiendi cupiditas,  
ut ad largiendum suppetant copie.

Cave expro rationem.  
Lex enim beneficii est hec inter duos,  
quod alter debet statim obliuisci dati,  
alter memor esse accepti.

Quarto caue ne beneficium maius sit facultate tua.  
Inest enim in tali liberalitate cupiditas rapiendi,  
ut ad largiendum suppetant copie.

Quinto caue expro rationem.  
Lex enim beneficii (est) inter duos  
quod alter statim debet obliuisci dati,  
alter memor esse accepti.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.B.2.aI (J. Holmberg ed., p.15, ll.4-9).

→ Alter locus erat cautionis ea ne benignitas maior esset quam facultates,  
quod qui benigniores volunt esse quam res patitur,  
primum in eo peccant, quod iniuriosi sunt in proximos;  
quas enim copias iis et suppeditari aequius est et relinquunt,  
eas transferunt ad alienos.

← Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerumque rapiendi  
et auferendi per iniuriam,  
ut ad largiendum suppetant copiae.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.44 (M. Winterbottom ed., p.19,  
ll.6-12).

Haec enim beneficii inter duos lex est:  
alter statim obliuisci debet dati,  
alter accepti numquam.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 2.10 (F. Préchac ed., vol.1,  
p.33).